

78N13[158]

X30/13829

118

VIRUM  
SUMME REVERENDUM, MAGNIFICUM  
ATQUE EXCELLENTISSIMUM,  
DOMINUM  
**Gottlob FRIDERICUM**  
**SELIGMANNUM,**

SS. THEOL. DOCT. CELEBERRIMUM,  
SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS ATQUE ELE-  
CTORIS SAXONIÆ IN AULA REGIA ELE-  
CTORALI SACRORUM ANTISTITEM PRI-  
MARII ET CONSILIARIUM  
ECCLESIASTICUM,

PAULO ANTE

LIPSIAE

SS. THEOL. PROF. PUBL. ORDINARIUM, FACUL-  
TATIS THEOL. UT ET CONSIST. ECCLES. ASSESSOREM, ILLI-  
USQUE DECANUM, MAJORIS PRINC. COLLEGII COL-  
LEGIATUM ET AD D. THOMÆ  
PASTOREM,

THEOLOGUM CONSUMMATISSIMUM,

QUAM VIX ELAPSA QUARTA  
POST SUSCEPTUM MINUS AULICUM  
SEPTIMANA,

ANTEQUAM MUNERIBUS LIPSIENSIBUS PRORSUS  
VALEDICERET,

DRESDÆ DIE XXIV. DEC. A.C. MDCCVII.  
VIVIS IN DOMINO EXIMERETUR, ET DIE XXX.  
EJUSDEM MENSIS IBIDEM

JUSTIS EXEQUIARUM SOLENNIBUS  
COMPONERETUR,

LUGET

ACADEMIA LIPSIENSIS,

INTERPRETE

JOH. HEINRICO ERNESTI, POES. PROF. PUBL.



TYPIS FLEISCHERI JUNIORIS.

Kapsel 78N13 [158]

AK

**E**X nostris abitus comitamus carmine muris,  
Et quam, Saxonice sanctis qui praesidet aris,  
At tantis curis se submittente Clienta  
Æquum, prosequimur sumat, pietate, putamus,  
Vir Dive, angelici nunc parsque novissima cætus.  
Mens erat officium hoc devoto tradere cultu,  
Ex Aulæ rediens ad nos si munere sumto,  
Et, quam parvisti verbis cœlestibus, urbem  
Haec tenus, & quorum pars florentissima docti  
Dulcia per Pindi viguisti pulpita, Patres  
Vota haud pauca inter profusa valere juberet.  
Non latuit, quantis ad quantas viribus ires  
Curas; Cuncta salus quam sic commissa sit Aulæ;  
Quam sit Saxonice sacra res concredita terræ;  
Quam res suppositis humeris doctæ que recumbant,  
Ut vel Lipsiacis variae tractantur in antris,  
Charæ volvuntur vel monte Sororis in albo.  
O que mibi quantis invadis viribus ista.  
Non fugiunt linguae. Sophici haud fugiuntque recessus.  
Sunt nota, Eusebies quæcunque feruntur in arcis.  
Innumerum superat grandis prudentia censum.  
Quando res sumi, notum est, & quando reponi  
Fas sit. Perspectum est, locus an sit rebus agendis;  
An gradibus par sit parvis an grandibus uti,  
Vox quadret vitiis magis aspera an æqua fugandis?  
Tanta autem exemplis declaras munera rectis.  
Rostochiensis habet sic Te primum Hæmus & ara.  
Audit haud alias per formas Lipsia verbum.  
Sic, Pindi quoties, videre, negotia tractas.  
Sic minus & magno quod dictum a nomine justum,  
Dum sua, Te laudant, faciunt, Collegia membrum.  
Sic quæ Scripturam servat Communio sacram,  
Non unquam prendit sine dexteritate docentem.  
Bisque etiam felix Academica sceptræ gubernas,

*Et semel, exitio quum gens peregrina veniret.  
Imo foro dudum spargis tua fulgura sancto,  
Ad decidendas, quoties lux commoda, causas.  
Hoc adeoque preces effundere federat ore:  
Ito atque inunctum, Deus ut vult, suscipe munus.  
Non Te detineant, quæ Te tardare videntur;  
Quæc cives nostri, haud, Te complectuntur, amores;  
In magnis non quod versaris honoribus urbis;  
Non quæ vel præfas vel spondes commoda nobis.  
Excipient rebus bona Te majora relictis.  
Subiecta, Illustris, quam gens plus diligit Aula.  
Dant ornamentum, quam recta, regentia maius  
Oppida. Totius, cuius præponeris aris,  
Terræque utilitas unius prospéra sedis  
Vicerit. Ad magnam haud sed spem quis surrigit aures?  
Tranquillam capiunt jam tradita templa quietem.  
In verum quicquid surrexerat, aufugit. Indunt  
Crimina se cryptis. Superas jam prodit in auras  
Virtus. Non metuit quisquam discrimina, seu vi,  
Sive dolo portent rectis incommoda prævi.  
Vos, Genii, quibus est Domino mandante viarum  
Cura, quibus vadet, cunctos sic sternite calles,  
Ut manibus sumtum lapis haud offendat euntem.  
Sed vah triste malum! Dum tradere vota paramus,  
Quem nondum capimus, feralis fama dolorem  
Excitat: In primis sumendi muneris actis  
Occidit ex urbe hac Dresdensem ductus ad arcem,  
Ante, ut promisisti, tibi quam verba ultima ferret.  
O misérum exitium! Sic spes concepta peribit?  
Sic oculis subito monstratum surripis aurum?  
Grandine sic segetes primis franguntur in herbis?  
Fulmina jacta ædis sic vix fundamina sternunt?  
Frugiferos ventus sic ingens dissipat imbras?  
Sic vix ex ponto veniens Phœbi abditur ortus?*

*O flecte immitem, fatum implacabile, mentem.  
Nonne satis fuerat, demtus CARPZOVIUS orbi  
Quod tollat vitæ funesto funere fructum?  
Fradam etiam haud repares, Tu SE LIG MANNE, sa-  
lutem?*

*Exequiæ mala quæ tam diræ, dicite, portent?  
Sanctorum auspiciis non charis corpora cryptæ  
Quippe adeo inferimus vicina morte virorum.  
Dicatum erat, & vultum condit cum Pallade Phœbus.  
Sed cœli Eusebie mysteria pedlore servans  
Consilia ad meliora vocat mœrore peremptos:  
Verum equidem est. Urgent vos plurima crimina, dicens.  
Sed pœnam avertet prompta emendatio vitae.  
Placatumque piis precibus venerabile Numen  
Et mala sic iterum nobis vulgata movebit,  
Qui sedesque, feret, simili virtute reliquias,  
Mox alium, ornabit. Sed Vir discessit ab oris  
Mundanis dirus, caperet quo præmia multis  
Pro meritis, facie queis pulchra Ecclesia floret  
Hactenus. Hancque adeo gratati pergit sorte  
Ad dotes studio comitari ardente recentes.  
Et morem his gessit firmata Academia dictis.  
Atque ait: Ergo ito felix & suscipe dona  
Ipse Tibi, ut nobis quum tradere munera velles,  
Mens abitus fuerat faustos optare; beatam  
Nominis expleto mensuram doteque fausti,  
Quà frueris, dum Te cœlestia serra coronant.  
Per mundum in Regis macanda est victima templo  
Inter multiplices sed longo ex ordine turbas.  
Inter divinos fundenti lumina vates  
Sed Tibi nunc durans constantia gaudia præstat;  
Regius extiteris veraque ita voce sacerdos.*



78N13[158]

X3013829

VIRUM  
SUMME REVERENDUM, MAGNIFICUM  
ATQUE EXCELLENTISSIMUM,  
DOMINUM  
**Gottlob FRIDERICUM  
SELIGMANNUM,**

SS. THEOL. DOCT. CELEBERRIMUM,  
SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS ATQUE ELE-  
CTORIS SAXONIÆ IN AULA REGIA ELE-  
CTORALI SACRORUM ANTISTITEM PRI-  
MARIUM ET CONSILIARIUM  
ECCLESIASTICUM,

PAULO ANTE

**LIPSIAE**

SS. THEOL. PROF. PUBL. ORDINARIUM, FACUL-  
TATIS THEOL. UT ET CONSIST. ECCLES. ASSESSOREM, ILLI-  
USQUE DECANUM, MAJORIS PRINC. COLLEGII COL-  
LEGIATUM ET AD D. THOMÆ  
PASTOREM,

**THEOLOGUM CONSUMMATISSIMUM,**

QUUM VIX ELAPSA QUARTA

POST SUSCEPTUM MUNUS AULICUM

SEPTIMANA,

ANTEQUAM MUNERIBUS LIPSIENSIBUS PRORSUS  
VALEDICERET,

DRESDAE DIE XXIV. DEC. A.C. MDCCVII.  
VIVIS IN DOMINO EXIMERETUR, ET DIE XXX.

EJUSDEM MENSIS IBIDEM

JUSTIS EXEQUIARUM SOLENNIBUS  
COMPONERETUR,

LUGET

**ACADEMIA LIPSIENSIS,**

INTERPRETE

JOH. HEINRICO ERNESTI, POES. PROF. PUBL.

TYPIS FLEISCHERI JUNIORIS.

Kaprel 78N13 [158]

AK

Color	Inches	Centimeters
Blue	1	1
Oyan	2	2
Green	3	3
Yellow	4	4
Red	5	5
Magenta	6	6
White	7	7
Black	8	8
B.I.G.	9	9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-700747-p0005-9

DFG